

## Alte Drucke

**DE || CVCVLO: || VMBRA NOCTVRNA: || CAPELLA COELESTI: ||  
BVBONE & || MARGARITA. || Historiæ & obseruationes ||  
quædam. || IOHAN. WIGAND. D. || Episc: ...**

**Wigand, Johann**

**Regiomonti, 1586**

**VD16 ZV 30875**

**DE VMBRA NOCTVRNA.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

DE  
V M B R A N O.  
CTVRNA.

15.

DE NOMINE.

Nachtshäuten / hic in Prussia vocant auem, quæ  
sub noctem, tenebris terram paulatim tegentibus,  
prope aquas & riuos, aut in desertis volitat & con-  
spicitur, quia noctu sese exerit, & in aquas vmboram  
iacit, in crepusculo præsertim volitans. Vulgus inde  
vmboram nocturnam appellat. Differt a coruo noctur-  
no, id quod ex descriptione vltérius patebit. Qui-  
dam appellant hanc auem. *Tageschlaff* / quia interdiu *Tageschlaff*.  
videtur dormire, dum ante vesperam non circumuo-  
litat.

Q V I D.

Vmbra nocturna est avis, merulæ magnitudine,  
pennis cinericeis ad nigrum vergentibus, & maculis  
pallidis conspersis, rostro breui, rictu vbi se inferio-  
res mandibulæ aperiunt, satis amplio, pedibus breui-  
bus, ex culicibus & insectis volantibus, super & circa  
aquas, & in desertis vicitans.

DE PROPAGATIONE.

Oua ponit Vmbra nocturna, duo inter ericas, &  
alij locis, in ipsam terram, in Maio, ex quibus speci-  
em suam propagat, 28. Maij Anno 1584. ego ipse, cum  
meo filio & famulis astiti, & satis diu ex propinquo,  
hanc auem contemplatus sum, humi ouis suis incuban-  
tem. Quia valde tenaciter ouis insidet, nec prius ea  
relinquit, quam auem quasi pede videaris calcare, aut  
strepitu excitato, inuitam abigere.

C

DE

DE VMBRA  
DE FORMA ET  
proprietatibus.

Vmbra nocturna est magnitudine merulæ, imo  
serè paulò maior, caput habet proportioni respōdens,  
vt merula, rostrum breue & paruum, perinde vt hi-  
rundo. Rictus, aperta inferiori oris parte, satis pro-  
fundè patet, vt & in hirundine. Loco lingue exigu-  
am habet carunculam, quantum mihi quidem licuit  
deprehendere, auriculas habet membranulis satis late  
patentibus, vnde citò & subtiliter dicitur audire.  
Collum ei non est longum, pedes sunt breuiusculi, vñ-  
gues etiam sunt innoxen prorsus, ita vt appareat, vngui-  
bus eam auem nihil capere, vt & hirundines, sed tan-  
tum lato rictu captare suā ex muscis, culicibus & simi-  
libus insectis, p̄zdam. Corpus est quantitate me-  
rulæ, pennarum color est cinericius ad nigredinem  
vergens, pallidis maculis passim aspersis. In alis su-  
pra pennas, istæ luteæ seu pallidæ maculæ, tanta sunt  
pulchritudine distributæ ac depictæ, ac si essent li-  
teræ Chaldaicæ aut Arabicæ, aliquot versibus con-  
signatae, id quod cum delectatione & admiratione  
sum intuitus. Extremitas pennarum in alis, veluti  
cincere conspersa est. In superiori autem parte alæ,  
quædam pennæ quasi cerussa aut calæ cinctæ sunt.  
Eiusmodi autem candidas maculas in una ala, sex nu-  
meravi, pennæ interiores sub ala, sunt ita variatae, vt  
Nisi pennæ sunt. Sic & corpus in parte inferiori, est  
pennis variatum. In cauda mediocriter longas pen-  
nas, vt merula, habet, quæ itidem sunt cinericio colo-  
re, pallidis notis mirabiliter conspersæ.

Interdiu

Interdiu latet, & lucem solis in oculis suis vide-<sup>en fugia</sup>  
tur ferre non posse. Interdiu etiam conspecta hæc a-  
uis, à reliquis auiculis, perinde infestatur ut noctua.  
Sole autem sub Horizontem sese abscondente, & tene-  
bris noctis aduentantibus, prodiens, volitare conspi-  
citur circa aquas, & domos etiam, non autem alte  
volitat. In arundinetis, in morastis ac ripis fluviolo-  
rum, suam escam venatur ore suo, perinde ut hirun-  
do. Et hinc est, quod in volando mirabiles edit ge-  
stus, iam recta procedens, iam altius ascendens, mox  
iterum descendens, procul dubio sic prædam suam ca-  
piens atq[ue] arripiens. Vescitur enim muscis, culici-  
bus & alijs, in morastis, circa stagna in arundinetis,  
& propè fluviolos, aut in locis desertis, volitantibus,  
aut arundinibus adhærentibus insectis. Manè so-  
le ad Horizontem paulatim appropinquante, non  
amplius conspicitur, sed in suas tenebras iterum sese  
recipit.

Vocem interdum edit & iterat, Kack, item <sup>ver.</sup>  
Quarr.

In hyeme nuspianum apparet, sed latet, & quidem  
tempestiuē, æstate evanescente, sese subtrahit & occul-  
tat, ut & Cuculus, V pupa, & aliæ nonnullæ auiculae  
factitant.

Prorsus discrepat ab Vlulis, & capite, & pedibus,  
& dispositione totius corporis. Si mihi liceret, voca-  
rem hanc Vmbram, Hirundinem nocturnam, licet hi-<sup>Hirundo nos</sup>  
rundinibus diurnis sit maior.

<sup>eterna</sup>

## FINE S.

Nihil absq[ue] causa & certo usu, a Deo creatum  
est, licet nos eum finem, pro nostra inscitia rerum in-

C 2

hac

## 18. DE VMBRA NOCTVRNA:

Officiale.

Leleb.

hac domo, vbi degimus, ignoremus. Quia autem mul-  
tæ aues conditæ sunt, ad insecta delenda & absumen-  
da, Verisimile est, & hanc Vmbram nocturnam à Deo  
conditam esse, vt, quod aliæ aviculæ interdiu faciunt,  
id ista auis noctu exequatur, & simul inde vitæ suæ  
sustentationem adipiscatur. 23. Mañ Anno 1584. h̄c  
Liebmüle in Prussia, oblata est mihi Wigando talis  
Vmbra nocturna, quam quidem in meo hortulo pro-  
pe domum, alia auis vnguibus comprehensam, ac non-  
nihil vulneratam, interfecerat. Credo autem aliam  
grandiorem noctuam id facinoris perpetrasse, &  
latronem istum aliquo casu fugatum esse, ne hanc Vm-  
bram deuoraret, vel, quod vero similius est, abstinu-  
isse ab aue nocturna, quam tamen non potuit prope se  
ferre. Integra autem auis mihi exhibita est, quam di-  
ligenter manibus tractavi & contemplatus sum. No-  
ta autem hæc auis in hoc loco etiam est alij homini-  
bus, qui eam sèpè in Morastis, circa muros oppidi,  
imò & in ericetis circa vesperam & noctu conspicunt.  
Indicarunt insuper mihi, hanc autem à Polonis appel-  
lari Lelek; hoc est, illusorem, quia involatu (escam  
scilicet captans) quasi ludere videatur varia circum-  
gyratione. Suspiciabar initio esse Caprimulgum, sed  
accuratè inquisiui ab h̄s, qui multis annis eam auem  
nouerunt, & sèpius conspexerunt in suis prædījs voli-  
tantem, an vnquam sit auditum vel compertum, quòd  
hæc Vmbra nocturna capras misgeat. Verum id con-  
stanter est negatum. Nycticorax non est, quia non  
habet longas illas pennas in capite extantes, neq;  
alias proprietates, quæ Nycticoraci at-  
tribuuntur, obtinet.

DE